planctus magnus iste est
Ægyptiis. Et idcirco vocatum est
nomen loci illius planctus Ægypti.
Fecerunt ergo filij Jacob sicut
praeceperat eis: et portantes eum
in terram Chanaan: sepelie-
runt eum in spelunca duplici
quam emerat Abraham cum
agro in possessionem sepulchri
ab Ephron Ethaeo contra faciem
mambre. Reversusque est Jo-
seph in Ægyptum cum fratribus
suis et omni comitatu: sepulto
patre. Quo mortuo timentes fra-
tres eius et mutuo colloquentes ne
forte memor sit iniuria quam
passus est: et reddat nobis omne
malum quod fecimus, manda-
verunt ei dicentes. Pater tuus praec:



http://digital.slub-dresden.de/ppn346058791/328